



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando sumus cum subditis. Exercit. 23

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

currendo illis in necessitatibus tum anime, tum corporis.

Quando sumus cum subditis.

Exercitium. 23.

Luc. 22 Qui maior est in vobis fiat sicut minor & qui precessor est sicut ministrator.

Ibid. Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.

Ecles. 3. Quanto maior es, humiliare in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.

Sap. 6 Iudicium durissimum in his, qui presunt, fiet.

Consideratio.

Considerabimus, nos etiam, quamuis alijs superiores simus, superiorem tamen habere Deum, qui à nobis aliquando seueram rationem repetiturus est, quomodo subditos vexerimus, & qualem eis curam impenderitimus: quicquid enim illis per nostram negligentiam defuerit, hoc à nobis exiget.

Gratiarum actio.

Grat

Gratias agemus Deo à quo est omnis potestas & iurisdictio iusta: & omnis paternitas & præeminentia in cœlis & in terra.

Confusio.

Erubescemus, considerando nos ad nostrorum moderationem ne sufficientes quidem esse: ideoque indignos esse qui alios regamus & imperemus: itaque in meritis & virtutibus nos subditis nostris inferiores esse censebimus.

Petitio.

Precabimur Deum, ut nobis largiatur suam sapientiam, ut subditos nobis commissos secundum ipsius voluntatem regere possimus: & humilitatem: ne propter auctoritatem alijs imperandi qua pollemus, in superbiam erigamur.

Oblatio.

Offeremus nosmet ipsos simul cum omnibus qui curæ nostræ commisi sunt Deo, ut tam nos quam illos tamquam Rex, Dominus & Pater omnium regat & moderetur.

Quando